

ba non ineleganter Cæſalpinus expo-
 nit. Idem Hippocrates libro de Flati-
 bus, vaporem ait, frigidi aëris *αἰτερω-
 σίου* incrassatum, in aquam conuerti,
 indeque sudorem nasci: quod aquæ
 bullientis exemplo verbis elegantibus
 confirmat, quæ Chymicæ distillatio-
 nis fundamenta esse nemo non videt:
*τὸν αὐτὸν τρόπον, αἶτ, ὅνπερ ἀπὸ τῶν ἐψομέ-
 νων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιών, ἢ ἐχὴ σερρέω-
 μα, πρὸς ὃ, ἢ χεὶ πρὸσπίπην, παχύνεται
 καὶ πυκνῆται, καὶ σαγίνες ἀποπίπθουν ἀπὸ τῶν
 σωμάτων, οἷσιν αὖ ὁ ἀτμὸς πρὸσπίπῃ: id est,*
 Eodem planè modo, quo à bullienti-
 bus aquis vapor eleuatus, si obstacu-
 lum habeat, ad quod impingere o-
 portet, crassescit & condensatur, gut-
 tæque distillant ab his corporibus,
 quibus vapor ipse fuit impactus. Quod
 etiam Hippocrates alibi ostendit, mul-
 tos grauesque morbos tum oriri, quan-
 do à massa humorum bilis flaua fe-
 cernitur, & eleuatur, nec amplius mi-
 xtione eorum diluitur: eam iam in
 medicamentis affectionem, Theodo-
 rus Zuingerus ait, exaltationem voca-
 re Iatrochymistas: vt his dictis inno-
 tuerit,

2. de Med.
 fac. 16. 18.

De Veteri
 med. num.
 115. 117.

Exaltatio
 Chymista-
 rum.